Salzburg, 2. Drittel 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cum

Adendam loqui veritatem unusquisq; cum proximo suo quia sumus inuicem membra Irascimini et nolite peccare Sol non occidat super iracundiam uestram Nolite locum dare diabolo Qui furabat furam non furet magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti Gradual Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine ℣ Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum Alla ℣ Dextera dei fecit virtutem dextera domini exaltauit me Sin matheum Illo tempore Ascendens iesus in naviculam transfretauit et venit in ciuitatem suam Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto Et videns iesus fidem illorum dixit paralitico Confide fili remittuntur tibi peccata tua Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se hic blasphemat Et cum uidisset iesus cogitationes eorum dixit Quid cogitatis mala in cordibus uestris Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge et ambula Ut autem sciatis autem quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata Tunc ait paralitico surge et tolle lectum tuum et uade domum tuam Et surrexit et abiit in domum suam Videntes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus Offertorium Ambulauerunt in medio tribulationum uiuificabis me domine super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et saluum me fecit dextera tua Secreta Et munera quesumus domine que oblatis tue maiestati offerimus salutaria nobis esse concede per Canon Qui mandasti mandata

119